



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 21. Ultimum colloquium Imperatoris cum Legato Apostolico.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](#)

**Sæc. XVIII.** aliquid, quod spectaret ad Negotia sua per-  
A. C. 1721 sonalia, nollebat loqui, sed injiciebat oculos  
in alios, ut interpretarentur. Hujusmodi  
malitiosi homines pauci sunt in Sinis. Ex  
hoc modo agendi vereor, ne mittant nuntia,  
hoc esset aliud punctum adjudicandi suspi-  
ciones summo Pontifici, ita ut non possit  
discernere inter verum & falsum. Ego  
jam perfecoram Negotia D. Maigrot in  
honorem Legati, nunc vero repeto D. Maig-  
rot, ut illum puniam, & hujusmodi ho-  
mines, quia violaverunt Leges Sinicas,  
ut video lex christiana non potest exerceri in  
Sinis: melius erit, si non exerceatur, quia  
nulla amplius erunt negotia, nec conten-  
tiones; nec est alias melior modus.

Hoc ipsum edictum a Pedrinio sub-  
scriptum Imperator Legato tradidit,  
ut illud Romam deferret, & omnibus,  
qui ab ipso læsi fuissent, exhiberet,  
in gratiam autem Legati veniam Maig-  
roto dedit, nec eum in Sinas sibi  
mitti ultra petiit. Denique Legato  
honorifice dimisso Pedrinus catenis  
onustus Peckinum ad publicos carce-  
res, in quibus capitali sententia dam-  
nandi detinebantur, raptatus est.

### §. XXI.

*Ultimum colloquium Imperatoris cum  
Legato Apostolico.*

Cum

Cum Legatus iteratis suis precibus Sæc. XVIII.  
 pro Pedrinio interpositis nihil som- A. C. 1721.  
 nino proficeret, die vigesima tertia  
 Februarii Peckinum reversus est, pro *Du Halde*  
 itinere suo necessaria dispositurus. Se- *Hist. Sin.*  
 quenti die Eunuchus varias Sinenses *Imp. t. 3.*  
 picturas, multas margaritarum libras pag. 156.  
 aliaque munera pretiosa pro summo  
 Pontifice & Lusitano Rege ad Jesuita-  
 rum Collegium detulit, eaque præsente  
*Ly Pin Chum* Mandarino singulari soler-  
 tia in cistas flavo colore tinactas repon-  
 suitt. Alii vero Mandarini jussu Im-  
 peratoris afferebant plura telæ sericæ  
 varii generis volumina, quorum qua-  
 tuordecim Legato, octo cuilibet ex iis,  
 qui eum in Italiam redeuntem comita-  
 rentur, dono data sunt. Eapropter  
 ipse cum suis grates repensurus ad  
 Palatium Imperatoris reversus est, ubi  
 die prima Martii ab Eunicho *Cin fu*  
*nntiatum*, quod sua Majestas ad Le-  
 gati preces Pedrinium vinculis quidem  
 solvi, Gallis tamen Jesuitis custodien-  
 dum tradi præceperit; eadem autem  
 die Legatus cum suis Imperatori va-  
 ledicturus, in urbe *Cham Chum Yuen*  
 ad Palatium conducebatur, ubi Mis-  
 sionariis Legatum comitaturis una ex  
 parte, & altera ceteris stare jussis Im-  
 perator Legatum in sedili gentis ritu  
 adornato confedere jussit, gravitatem-

E 5

que

Sæc. XVII. que Regiam singulari comitate condi-

A. C. 1721. tam præferens his verbis eum allo-

cutus est. „Jam scripta tradidi man-

„data mea, tibi quoque oretenus ex-

„posita, unde plura addere supervaca-

„neum: Auguror tibi felicissimum iter:

„Habe curam tuæ salutis, quæ mihi

„non minus quam propria incolumitas

„cordi est, accelera iter tuum, nec

„pericula aut insidias time, securitati

„enim tuæ, quantum potui, jamjam

„prospexi; duntaxat maris infidi in-

„sultus tibi sunt timendi, omnia au-

„tem undis in prædām relinquere non

„hæsites, dummodo tuam salves vi-

„tam, quæ ceteris longe pretiosior est;

„Cantonem & Macoum ubi pervene-

„ris, me de tua incolumitate literis

„certiore redde, & celebriora nova,

„quæ in Europa occurrent, mihi na-

„vium hoc anno in Sinas procullo-

„rum beneficio significes, exactam in-

„super notitiam a te expecto de bello

„Moscos inter & Suevos accenso..” His

dictis Tartarorum more Legato dex-

teram porrigena subjunxit: „Iter tuum

„accelera, quantum fieri poterit, te

„saltem evoluto triennio reversurum

„spero: tecum conducere inamento

„Medicum in sua arte peritissimum,

„aliosque artifices, paucos quidem,

„prudentes tamen, pacis studiosos,

„animis

„animo constantes; non tales, qui ex-Sæc. XVIII.  
„pleta visendæ regionis Sinicæ cupidi- A.C. 1721.  
„tate mox in patriam reverti anhel-  
„lant: Recordare etiam, ut tecum  
„afferas mappas Geographicas longe  
„exactissimas, & novos excellentesque  
„libros mathematicos recens in Europa  
„editos... His dictis Imperator crate-  
rem vini propria manu Legato tradidit,  
eumque ambabus ulnis amplexatus  
per longius temporis spatium non sine  
maxima Mandarinorum admiratione  
amicā vi pectori suo adstrictum tenuit,  
ac demum inter teneras amicitiæ ac  
venerationis significaciones illum va-  
lere jussit: Vicissim Legatus hæc re-  
spondit, „Majestas vestra arctiore longe  
„vinculo se mihi obstrinxit, quam ut  
„gratiarum suorumque beneficiorum  
„partem ullam exsolvere per omne  
„consequentis ævi spatium possem: uti-  
„nam benevolentiae tuæ magnitudo ad  
„incolumitatis ac gloriæ tuæ augmen-  
„tum multiplici fænore rediret: vige-  
„bit in me meisque liberalissimæ Tuæ  
„in nos voluntatis memoria nunquam  
„interitura, quam exactissima jussorum  
„tuorum executione testatam reddere  
„conabor, ac propterea cunctatione  
„omni remota iter aggrediar, & quam-  
„primum ieri poterit, ad Sinas rever-  
„tar, spe fretus, me perdemissa Maje-  
„stati

Sæc. XVIII., statu Tuæ obsequia deferendi honore  
A.C. 1721., beandum. „ Quamprimum Legatus

e suæ Majestatis cubiculo exierat, mox  
omnes Mandarini singularem hosorem  
sibi ab ea exhibitum gratulantes testa-  
bantur, quod ab immemorabili tempore  
nunquam Sinensis aliquis Imperator  
tot amoris & benevolentie significa-  
tiones etiam sibi Charissimis imo nequi-  
dem propriis filiis exhibuerit.

### §. XXII.

#### *Mediobarbus Papæ Legatus in Eu- ropam reversus.*

*Du Halde  
l. c.*

Die tertia Martii Mediobarbus Visi-  
tator ac Legatus Apostolicus cum  
suis in Europam reversaris Peckino  
Cantonem, comitantibus eum *Lij Ta-*  
*gin*, PP. Magaleo, & Josepho Pereira,  
& Carolo Savieto, contendit ad hanc  
urbem: Cingebatur per tres leucas  
extra Peckinum honorifica Mandari-  
norum, necnon Ripæ & quorumdam  
Jesuitarum corona: Morabatur Lega-  
tus quadriduum in Cantonensi urbe,  
inde vero honoribus suæ dignitati con-  
gruis ubique exceptus, Macaoum die  
vigesima tertia ejusdem Mensis venit.  
Prusquam vero e Sinensi Imperio pe-  
nitus excederet, Epistolam seu Instru-  
ctionem Pastoralem ad omnes Mis-  
narios